Salzburg (?), Ende 15. Jh.

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=979
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



Viant in holocausto arietum
et thaurorum et erunt in millibus
agnorum pinguium, sic fiat sa
crificium meum in conspectu tuo
hodie ut placeat tibi. quia non est
confusio confidentibus in te. Et
nunc sequimur te in toto corde et
timemus te. et querimus faciem
tuam domine. Ne confundas nos.
sed fac nobiscum iuxta mansue
tudinem tuam. et secundum multitu
dinem misericordie tue. Et erue nos in
mirabilibus tuis, et da gloriam
nomini tuo domine. Et confundantur
omnes. qui ostendunt servis tuis
mala. Confundantur in omni
potestate sua, et robur eorum con
teratur. ut sciant quia tu es dominus
deus solus et gloriosus super omnem
terram domine deus noster. Gra. Vallis
hostias et intrabo in atria eius adora
re dominum in aula sancta eius. V. Laudavit
dominus in ira sancta eius omnes
dicunt gloriam. Secundum iohannem.
Illo t. Cum audisset quidam de
turba sermones iesu dicebant.
Hic est vere propheta. Alii dicebant.
Hic est christus. Quidam autem dice
bant. Numquid a galylea christus
venit. Nonne scriptura dicit
quia ex semine dauid et bethlem
castello ubi erat dauid venit
christus. Dissensio itaque facta est
in turba propter eum. Quidam autem
ex ipsis volebant apprehendere eum
sed nemo misit super illum ma
nus. Ministri vero venerunt
ad pontifices et physeos. et
dixerunt eis illi. Quare non ad
duxistis eum. Responderunt ministri.
Numquam sic locutus est homo
sicut hic homo. Responderunt ergo
eis physei. Numquid et vos seduc
ti estis. Numquid aliquis ex pri
cipibus credidit in eum aut ex
physeis. Sed turba hec que
non novit legem maledicti sunt.
Dicit ad eos nycodemus ille qui
venit ad iesum nocte. qui erat
unus ex ipsis. Numquid lex
nostra iudicat hominem nisi au
dierit ab ipso prius et cognovi
erit quid faciat. Responderunt et
dixerunt ei. Numquid et tu ga
lyleus es. Scrutare scripturas
et vide quia prophetia a galylea non
surgit. Et reversi sunt unusquis
que in domum suam. Ofe. Super flu
mina babylonis illic sedimus et flevimus
dum recordaremur tui syon. Secreta.
Suscipe quesumus domine hostiam re
creationis humane et salutem
nobis mentis et corporis operare
placatus. Per. Co. Memento verbi
tui servo tuo domine in quo mihi spem
dedisti hec me consolatio est in humili
tate mea. Oplin. Quod ore
sumpsimus domine pura mente
capiamus. et de munere temporali
fiat nobis remedium sempiter